





Kern 86  
(1-54; a-g)

(25)

# CONSPECTVS LECTIONVM

QUIBVS  
PROFESSORES  
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE  
PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI MDCCCLIII.

OGCVPAEVTVR

PRO-RECTORE  
D. MICHAELE ALBERTI,

SACR. MAIEST. BORVSSIAE CONSILIARIO AVLICO ET CONSISTO-  
RII MAGDEBVRG. SENIORE, FACVLTATIS MEDICAE SENIORE, ET P. T. DECANO,  
PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESSORE PVBLICO PRIMARIO, ALVMNORVM REGIORVM EPHO-  
RO SENIORE, INCLYT. REIPVBL. NORIBERG. PHYSIC. ORDIN. SENIORE, VARIAR. SO-  
CIET. SCIENT. SODALI,



## LECTIONES

*Pro-Rectoris & Cancellarii.*



MICHAEL ALBERTI in *Medico Publico* Officio Affectus Mulierum Patho-  
logico Practica explicatione illustrabit. *Privato* Studio, finitis aliis Colle-  
giis, *Pathologiam vniuersalem & Semtologiam* Practicam tractabit horis IX.  
& II. In *Philosophia Naturali Publico* labore de *Influxu Physico ad Sanitatem*  
firmam & infirmam disferet.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF, hor. III. pomer. *Ius publicum vniuersale*  
cum *Iure Gentium* explicabit iuxta Institutiones suas Iuris naturae & Gentium. Alias  
horas impendet hac hieme Collegiis, quibusdam priuatissimis, in gratiam nonnullo-  
rum, qui ad altiora nituntur.

## LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS, quae in ministerio ecclesiastico ob-  
seruanda sunt, *pastoralibus institutionibus* tradet; tractationem Ideae Studiosi Theologiae  
*paraeneticis & epistolae ad Colossenses exegetico-asceticis* praelectionibus continuaturus.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS *publicis* praelectionibus hora  
III. a meridie illustrabit Epistolas Pauli pastorales & illam ad Ebraeos, vna cum ita di-  
ctis Canonis sive Catholicis, Iacobi, Petri, Ioannis, Iudae: *privatis* vero hora IX. li-  
bros Regum cum chaldaizantibus Danielis, Esdrae ac Nehemiae, e fontibus sacris in-  
terpretabitur, praemissa posterioribus (vt explicatio facilius euadat) compendiosa ad  
Chaldaismum institutione.

SIGISM.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN b.c.D. h.vIII. theologiam *dogmaticam* explicabit; hora XI. theol. *antitibetica* propediem finita, *historiam coetuum saeculorum* seclorumque religiosarum typis exscribendam illustrabit; hora III. theol. *moraalem* ad finem perducet; & h. VI. primis hebdomadam diebus tribus post *Joelis* vaticinium *Pauli* epistolam ad *Ephesios* interpretabitur; atque diebus Iouis & Veneris eadem hora *publice disputationes dogmaticas* continuabit.

IO. HENR. CALLENBERG ex fonte ebraico explanare perget *difficultates Veteris Testamenti* libros; & in praesenti progredietur ad Scripta Salomonicae, nempe *Proverbia, Canticum & Ecclesiasten*. Praeterea incipiet rursus Theologiae *Antiuadaicae* exercitationem.

IO. GEORG. KNAPP primo, absoluta historia ecclesiastica N. T., perget ad explicandam *historiam V. T.*; deinde partem alteram Theologiae *dogmaticae, anthropologiam* videlicet explicabit; persequetur etiam *tractationem asceticam episcoporum apocalypticarum* die Domini, nec denique porro, illis deest, qui se moderate publice disputare cupient.

IO. SAL. SEMLER perget in *historia ecclesiastica* N. T. inde a saeculo quinto; in tradenda *librorum theologiarum* noticia, & illustrandis *institutionibus hermeneuticis*. Idem intra arctiores parietes admittet quosdam, qui id velle videntur.

## IVRIDICAE.

D. IAC. GABR. WOLF publice Celeb. MASCOVII *principia iuris publici*, sex per hebdomadam diebus, hora IX; *privatim* vero, hora X. HEINECCI *elementa iuris civilis, secundum ordinem Institutionum* adornata; hora denique III. *elementa sua iuris feudorum, tum Imperialium, tum prouincialium, vberioribus* commentationibus illustrabit.

IO. TOBIAS CARRACH *privatim* 1) B. BOEHMERI *Tractatum de Actionibus* hora VIII. explicabit, & 2) ad EIVSDEM *Institutiones Iuris Canonici* commentabitur hora IX. 3) *Pandectarum Doctrinam* LVDOVICI horis illustrabit consuetis. 4) Praeunte PERILLVST. DN. I. S. F. BOEHMERO *Ius Criminale* hora III. tradet, atque 5) *Collegio Processuali elaboratorio* inseruiet illis, quibus ante collegiorum initium in tempore cum eo conuenerit.

IO. CAROLVS KOENIG publice hora IX - X. illust. SCHMAVSI *Historisches Ius Publicum* interpretabitur. *Privatim* hora X - XI. *elementa iurisprudentiae feudalis*, vel ad ductum beati STRVVI, vel illust. MASCOVII, quae nuper prodire, explicabit: hora XI - XII. illust. MOSERI *compendium iuris publici* hoc anno reclusum illustrabit. Hora denique pomeridiana *scholas privatissimas* desiderantibus aperiet.

DANIEL NETTELBLADT publice diebus Martis & Veneris hora III. *praecognita sua vniuersae eruditionis generalia* explicabit: *privatim* vero docebit hora IX. *iuris naturae ad ductum Systematis sui vniuersae iurisprudentiae naturalis*; hora X. & II. *pandectas*, praeeunte SCHAVMBVRGIO; hora XI. *iuris publicum ad SCHMAVSI* *compendium iuris publici*.

## MEDICAE.

IO. IVNCKER *lectionibus publicis* chirurgiae medicae fundamenta tradet; *privatim* autem horis *therapiam specialem*, quae ad febres vsque exposita est, continuabit; & *privatissimis* exercitiis *collegium clinicum cum prouectoribus*, more consueto, prosequetur.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER *publicis in praelectionibus*, diebus ac horis consuetis, commentabitur in SCHARDAEI libellum, *de ratione visendi aegros*; *privato* autem studio hora VIII. ad IX. *Pathologiam Specialem*; hora X. ad XI. *vires atque usum compositorum medicamentorum*; iuxta Praelectiones *Schulzianae* in Dispens. Boruffo-Brandenb. & hora XI. ad XII. *fundamenta Therapiae generalis*, debita exponet perplicitate, initium harum *lectionum* d. xv. Octobr. b.c.D. facturus.

FRIDERICH HOFFMANN Publice hora IX - X. *physiologiam* docebit, *privatim* vero hora X - XI. *collegium in materiam medicam* instituet. *Initium harum lectionum* erit finitis instantibus nundinis *Lipfienfibus* d. xv. Octobris.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER de more *anatomen* in corporibus humanis *privatim* docebit, *speciatissimum osium ad ductum compendii sui* tradet cognitionem, *prouectoribusque*, qui in secandis corporibus se exercere cupiunt, eorum *copiam* faciet: *publice vero institutiones Physiologiae Illustris* de HALLER, *solidis fundamentis* *anatomicis superstructas*, interpretabitur.

PHILO.

## PHILOSOPHICAE.

**CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS**, praeter lectiones theologicas supra indicatas, his qui in philologia orientali alius prouehi cupiunt, ad linguam Arabicam, cuius penitiorum scientiam olim ex institutione nati Arabis, *Salomonis Negri*, doctissimi viri, hausit, propriaque exercitatione auxit, lubenti quidem animo dux erit, dummodo ne torpentes, sed cupidos attentosque & constantes experiantur auditores, vsus hanc in rem **ERFENII** Grammatica Arabica, Lugduni Bat. A. 1748. ab *Ab. Scultens* recusa. De hora cum futuris Auditoribus conueniet.

**IOANNES IOACHIMVS LANGE** publice h. 2. Opticam Catoptricam, Dioptricam, Perspectiuam, Astronomiam, Geographiam mathematicam, Chronologiam, Gnomicam & priuatim h. 5. Mechanicam, Hydrostaticam, Aerometricam, Hydraulicam, architecturam civilem atque militarem docebit. Physicam dogmatico-experimentalem h. 1. & Historiam naturalem die saturni ab hora prima ad tertiam explicabit. Mineralogiam, metallurgicam physico-mechanico-pyrotechnicam, cuius Synopsis exstat in *Grund-Riß* p. 30. hora 4. proponet, operationes metallurgicas horis pomeridianis die saturni tractabit & cum Auditoribus metallifodinas & officinas metallurgicas vicinas subinde frequentabit. Astrognosiam primis duobus mensibus autumnalibus h. 6. illustrabit. Collegia haec die xv. Octobris inchoabuntur, praeter Historiam naturalem cuius initium ad diem xx. differetur.

**ANDREAS ELIAS BVCHNER** publicis recitationibus *Anthropologiae* explanationem destinavit, priuatim autem in explanandis *Physicis dogmaticis* fundamentis occupatus erit, & de harum lectionum initio, horisque iisdem destinandis, consueto tempore seorsim Dn. Commilitones e valis publicis certiores reddet.

**FRIDERICVS WIDEBVRG** a x-xi. tradet *Historiam Vniuersalem* ad L. B. p. **VENDORFII** introductionem, multis sublimioris iudicii luminibus illustrem, ab xxi-xii. *Historiam Imperii Germanici* in compendium p. G. **STRVII**, rerum memorabilium copia abundantissimum, ceterum pragmaticum semper seruaturus docendi genus, viamque monstraturus, cum ad solidam consequendam regnorum ac rerum publicarum Europae, quae hodie florent, notitiam, tum ad Iuris Publici Germanici, tam civilis quam Ecclesiastici, acquirendam cognitionem. Finitis iis, quibus adhuc occupatus est, laboribus, ad alios Deo propicio progredietur. Initium facturus finitis nundinis Lipsiensibus d. xv. Octobris.

**IO. HENR. CALLENBERG** in introductione generali in *Linguas Orientales* iam circa *Rabbinisum* occupatus tenetur; atque, hoc absoluto, ad reliqua idiomatica accedet, quae ex Hebraico sermone nata sunt.

**IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ** per instans semestre hibernum publice de agricultura, inuentisque recentioribus ad eam pertinentibus, ager; horam electurus, quae commodissima videbitur Commilitonibus. Priuatim hora x-xi. *lectiones Graecas* in omnes N. T. libros restaurabit, operam daturus, vt intra hiemale tempus eae absoluantur. hora ii-iii. *Logicas* praecepta tradet, duce Per-illutri huius academiae Cancellario, L. B. de **WOLF**. Denique hor. iii-iv. *cursum biblicum V. T.* denuo inchoabit, eumque in finem *Pentateuchum Mosaicum* ex fonte ebraico interpretabitur, vnum forte alterumque librum additurus, si quidem temporis ratio id permiserit.

**GE. FRID. MEIER** interpretabitur 1) *Metaphysicam* Cel. **BAVMGARTEN** hor. 9-10. 2) eiusdem *Ethicam philosophicam* h. 10-II. 3) *Logicam* h. 2-3. Priuatissime autem h. 3-4. *Aestheticam* & publice aperiet Collegium disputatorium.

## EXTRAORDINARIAE.

**ADAM STRVENSEE** docebit hora ix. matutina *theologiam catechetica*, veritates dogmaticas & morales ad ductum catechismi b. **LVTHERRI** in compendio exhibiturus, methodumque prima rudimenta doctrinae sanctioris tradendi rudioribus ostensurus: hora iii. pomeridiana *theologiam exegeticam*; epistolam diui **Pauli** ad Galatas ita explicaturus, vt commilitones actumatissimi, & luculenter perspicant, qua ratione dogmata fidei & vitae ex sacro codice accurate & solide erui possint, & commode discant, regulas hermeneuticas ex vsu rite adplicare: hora vi. vespertina diei *maris theologiae asceticam*; epistolam diui **IOANNIS** priorem ita interpretaturus, vt saluti auditorum inferuiat verae atque aeternae.

**GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAVSEN** in interpretando *Lucae euangelio* perger, cuius exegefin b. c. d. ad finem perducat. Ex syntagmate librorum *Vet. Test.* quos proximo abhinc biennio cursim enarrauit, *Esaias vaticinia* ita repetet, vt ad pleniorum palmarii vatis intelligentiam viam muniat. *Disputationes* praeter-

terea

terea *dogmaticas* continuabit, haud grauatim instauraturus etiam *examina theologica*, de quorum ratione ac tempore priuatim cum cupidis illorum acturus est. Horarum cuiuslibet labori assignandarum indicium ex valois publicis fiet.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM per instans semestre hibernum interpretabitur *elementa iuris feudorum* illust. WOLFFII & *principia iuris publici* illust. MASCOVII. Docebit identidem *Historiam Sacri Romani Imperii & vniuersalem*. Nec iis deerit, qui *scholas heraldicas & diplomaticas* desideraturi sunt. Horas e valois publicis significabit.

CAROLVS FRID. PAULI Hora IX. *Historiam I. R. G. ad SCHMAVSSII Historisches Ius Publicum*, XI. *Notitiam I. R. G. generalem statisticam*, III. *Historiam Silesiae*, IV. *Historiam Vniuersalem ad GEBAYERI Grund-Riss*, VI. *Notitiam Statisticam praecipuorum Germaniae Statuum* docebo. Publice diebus Saturni Hora I. *Historiam Brandenb. ad finem perducitur*.

IO. PHILIPPVS CARRACH publice hora VIII. matut. tradet doctrinas *Iuris Publici Imp. Rom. Germ.* ex historia & legibus eiusdem fundamentalibus haustas praeunte INL. D. MASCOVIO, priuatim hora XI. *Elementa Iuris Ciuilis secundum ordinem Institutionum*, quae HEINECCIUS concinnauit, commentaturus Romani, Germanici & Brandenburgici iuris differentias proponet; nec non iis operam suam praestabit, qui disputandum vel collegio examinatore viribus acuendis studebunt.

PHILIPPVS IACOBVS HEISLER per hyemem explicabit Hora X - XI. & II - III. B. LVDOVICI Doctrinam Pandectarum. Hora XI - XII. B. HEINECCII *Elementa Iuris Ciuilis secundum ordinem Institutionum*.

D. HENR. BASS Oculorum morbos praeleger publice d. Mercur. & Saturn. hor. X. priuatim auspicabitur Chirurgiam medicam hor. I. & Praxin medicam succinctam cum Cauteis & Remediis selectioribus tradet hor. IV. *Lectioinum initium erit 15. Oct.*

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI per instans semestre hibernum Differentiam Seminum & capsularum Seminalium publica tractatione die Saturni hora X - XI. explicabit. Priuatim vero Fundamenta botanica illustrabit. Initium erit d. 20. Octobr.

D. FRID. LEBERECHE SVPPIAN per instans semestre pathologicae acroaesis publice proponet; priuatim vero BOERHAAVII institutiones medicas atque infantum morbos ad SCHVLZII ductum explicabit.

CHRISTOPHOR. CAROL. STRVMPFF publice explicabit Clar. LINNAEI Fundamenta botanica. Priuato (studio 1) Chemiam rationali methodo docebit & perpetuis experimentis illustrabit; 2) Materiam medicam tractabit; & 3) de Formulis praescribendis tradet.

D. ERN. ANT. NICOLAI publice hora I - II. BOERHAAVII Aphorismos de Febribus explicabit, priuatim vero hora VIII - IX. physiologiam, hora IX - X. pathologiam hora X - XI. semioticam, hora II - III. materiam medicam docebit.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS, b. c. D. omni promptitudine, fide, dexteritate, *artem episcopalem*, & *Oratoriam*, denuo tradet, ac sufficientibus exemplis ad genium faeculi accommodatis exercebit; *Latinae linguae fundamenta* tradet, *fabulis Phaedrinis* illustrabit, nec non exercitiis firmabit multifariis; praeterea *antiquitates Romanas*, nec non *cursum philosophicum*, sicuti speciatim *carmina*, *orationes*, *epistolas* & c. aliaque scripta, quavis data occasione, offert desiderantibus; horas lectionibus indicatis destinandas cuiusvis Dominorum Commilitonum arbitrio relicturus; de quibus vero omnibus plura coram.

CHRISTIANVS WEBER hoc semestri b. c. D. explicabit 1) *Metaphysicam* Per-III. L. B. de WOLFF hor. IX - X. 2) *Logicam* b. CORVINI hor. II - III, & 3) *Insuper naturae* Illust. D. ARIESII, cuius horam commodam tempestiue significabit. Praeterea nec deerit priuatissimas scholas desiderantibus.

D. IO. PET. EBERHARD, muneri clementissime sibi demandato, satisfacturus publice die Mercurii & Saturni Collegium inchoabit disputatorium de rebus philosophicis & medicis. Priuatim hora IX - X. *Mathesin adplicantam*, & hora X - XI. *Mathesin puram* interpretabitur, ducem secutus Perill. L. B. de WOLFF Hora I - II. *Physicam theoretico-experimentalem* explicabit in proprio compendium, & hora II - III. artem docebit concinnandi *Formulas Medicas*, secutus compendium, quod propediem profertur in Officina Rengeriana. Neque iis deerit, qui vel *Algebram*, vel priuatissimas scholas medicas desiderantibus.


---

P. P. D. XXVI. SEPT. MDCCLIII.

HALAE SALICAE, LITTERIS HENDELIANIS.

---







# CONSPECTVS LECTIONVM

QVIBVS  
PROFESSORES  
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE  
PER SEMESTRE HIBERNVM  
ANNI MDCCCXXXIII.

OCCVPABVNTVR  
PRO-RECTORE  
D. MICHAELE ALBERTI,

SACR. MAIEST. BORVSSIAE CONSILIARIO AVLICO ET CONSISTORII  
MAGDEBVRG. SENIORE, FACVLTATIS MEDICAE SENIORE, ET P. T. DECANO,  
PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESSORE PVBLICO PRIMARIO, ALVMNORVM REGIORVM EPHORO  
SENIORE, INCLYT. REIPVBL. NORIBERG. PHYSIC. ORDIN. SENIORE, VARIAR. SOCIET. SCIENT. SODALI,



## LECTIONES *Pro-Rectoris & Cancellarii.*

**M**ICHAEL ALBERTI in *Medico Publico* Praefatio  
logico Praefatio explicacione illustra  
giis, *Pathologiam* vniuersalem & Sen  
& II. In *Philosophia* Naturali Publico  
firmam & infirmam differer.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF, h  
cum *Iure Gentium* explicabit iuxta Institutiones  
horas impender hac hieme Collegiis, quibusda  
rum, qui ad altiora nituntur.

### LECTIONES THE

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS  
feruanda sunt, *pastoralibus* institutionibus trader;

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICH  
III. a meridie illustrabit Epistolae Pauli pasto  
Etis Canonice siue Catholicis, Iacobi, Petri, Iose  
bros Regum cum chaldaizantibus Danielis, E  
terpretabitur, praemissa posterioribus (vt expl  
Chaldaismum institutione.

PHILO

